

OVIDII METAMORPHOSES LIBER I

His quoque non passim mundi fabricator habendum
aera permisit; vix nunc obsistitur illis,
cum sua quisque regat diverso flamina tractu,
quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum.
Eurus ad Auroram Nabataeaeque regna recessit
Persidaeque et radiis iuga subdita matutinis;
vesper et occiduo quae litora sole tepescunt,
proxima sunt Zephyro; Scythiam septemque triones
horriferae invasit Boreas; contraria tellus
nubibus adsiduis pluviaque madescit ab Austro.
haec super inposuit liquidum et gravitate carentem
aethera nec quicquam terrenae faecis habentem.

Tampouco a eles permitiu o fabricante do mundo que desordenadamente possuíssem o ar; e agora, com dificuldade é que se lhes impede que destruam o mundo, embora cada um controle seus próprios raios com um manejo em sentido diferente. Tão grande é a discórdia entre irmãos. Euro dirigiu-se rumo à aurora, aos reinos nabateus e persas, e às cordilheiras submissas às luzes matutinas; o entardecer, e as praias que se esfriam ao pôr do sol, são próximos a Zéfiro; o terrível Bóreas invadiu a Cítia e os setentrões; o terreno oposto é encharcado de nuvens constantes e chuvas por Austro. Sobre eles impôs o éter translúcido e sem peso, desprovido de qualquer impureza terrena.

REFORMULAÇÃO EM PROSA

His quoque fabricator mundi non permisit habendum passim aera. cum sua quisque regat diverso flamina tractu, vix nunc obsistitur illis quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum. Eurus recessit ad Auroram et regna Nabataeae et Persidae et iuga subdita radiis matutinis; vesper et litora quae tepescunt occiduo sole, sunt proxima Zephyro; horriferae Boreas invasit Scythiam et septentriones; contraria tellus madescit nubibus adsiduis pluviaque ab Austro. super haec inposuit aethera liquidum, carentem gravitate nec habentem quicquam terrenae faecis.